Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31907
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

sicut et supra dictum est ab exordio primi mensis quem hebrei nisan vocant
hoc est ab accensione lune paschalis initium sumunt. Cuius exordium primi
mensis hac regula debet observari. ut numquam luna pasce xiiii. vernum
precedat equinoctium. sed vel in ipso equinoctio. hoc est xii. kalendarum aprilium
die vel eo egresso legitima precedat. Unde fit ut ab viii. iduum martiarum.
usque in nonarum aprilium diem lunaris anni sint querenda primordia.
ipsa autem luna xiiii. cum primum xii. kalendarum aprilium cum novissime
xiiii. kalendas maias occurrendo diem festi paschalis ab xi. kalendas aprilis usque
in vii. kalendas maias faciat inquirendum. Embolismorum autem sicut dyo
nisius ait ista ratio probatur existere. quod annorum communium videntur
damna supplere quatinus ad solare tempus lunaris exequetur excursio.
Quamvis enim solis annuum cyclum per singulos menses luna circumeat tamen so
lis perfectione xii. suis mensibus implere non prevalet. Denique in annis com
munibus ad rationem solaris anni xi. dies lune deesse videntur. In em
bolismis vero xviiii. diebus eundem annum videtur solarem luna transcen
dere. Et hebrei quidem qui solos lunares in lege noverant et observa
bant menses iuxta naturalem lune cursum tricenis undetricenisque
diebus communium annorum menses duodenos explicabant et tertio vel secundo
ubi decebat anno xiii. in fine anni mensem xxx. dierum apponebant
embolismum. Porro romani qui dispares habent menses non uno quolibet
in loco embolismos computando inponere voluerunt sed potius ubi libet
mediis anni temporibus vacuos congruumque iuxta kalendas locum invenire
potuissent. Primam quippe embolismorum lunam iiii. nonas decembris. secundam
iiii. nonas septembris. tertiam ii. nonas martii. quartam pridie nonas decembris.
quintam iiii. nonas novembris. sextam iiii. nonas augusti. septimam iii. no
nas martii nasci dixerunt. Sollertissime quantum potuere curantes
ut cuicumque status luna in kalendis occurrisset ipsa eiusdem mensis luna diceretur
esse putanda. Quod tamen non usquequaque valuerunt obtinere propter profirum
paschalis lune cursum cuius cum extrema numquam in kalendis maii incur
rant et secundum quoque vel etiam tertium post kalendarum diem teneant non tamen maii men
sis sed potius aprilis lunam sit semper esse dicenda. e s t.

Errant qui pu
tant quod annus
solaris simul et
communis vel embo
lismus incipiant
nam in initio anni
decennovenalis circuli in
accensione lune mensis
aprilis finis est embolis
mi. ubi gratia presenti an
no quem vii. circuli de
cennovenalis finis erit
embolismi anni in ac
censione lune aprilis.
quem anno preterito i. vi.
decennovenalis ab accen
sione lune aprilis initium
sumpsit commemoran
dum quoque quod luna
embolismi nullius
mensis est.

Nam annus lune mi
nor est solare diebus
xi. qui colliguntur per iii.
annos et fiunt xxxiii.
dies unde tertio anno
embolismus fit. hoc est au
getur tertius annus lune
xxx. diebus. quoniam xi. ter
ducti xxxiii. faciunt.
Tres autem qui super sunt ad
iectis tribus quartum annorum
sequentium qui super sunt
xia. xxx. fiunt et vi.
Hos vi. duobus annis adice
qui xxii. duos habent
ex xi. bis solaris anni
et fiunt xxviii. propterea
septimum annum non sequitur
communis. quoniam adiciuntur
statim xxviii. dies unius
mensis fit licet duo
dies desint.

60